

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

47 Nouitiatus, per exitum nouitij per tres etiam dies sine licentia,  
interrumpitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

ad profitendum, ad aliud Monasterium eiusdem ordinis ve*re* iens, vbi a superiori recipitur, & nulla facta expressa professione ab eodem ad ordinem suscipiendo mittitur, & quasi professus ab omnibus tractatur, & ad actus profectorum proprios admittitur non censetur propere tacitè professus ex Panor. in c. vidua, de reg. eo quod nunquam complevit annum probationis, qui debet esse continuus, & cum intentione probationis facienda, ita Cone. Trid. scilicet 25. c. 15. de Reg. nec per ordinationem ad titulum Religionis, aut peritus gestarionem multorum annorum tacitam professionem fecisse dicitur, nisi scilicet se professum non esse postea gestione habuisse professionem fati facit, & se obligare intenda.

## DECISIO XLIV.

*Ex consil. 38. alias 4. de diuinitate.*

**Q**uamvis vxoris separatio adulterata, & damnata adulterii per iudicem secularium, & in pœnam eius, intra Monasterium inclusa redire debet ad maritum eam recipere volentem intra biennium; Auth. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. separata tamen a viro per sententiam iudicis ecclesiastici, nec vxor ad maritum, nec est contrario maritus ad vxorem, redire tenetur: ex Gl. in c. Aga. hofa. 27 q. 2. & c. literas, §. si. de restit. spol. maxime si vel ipsa mariti fœnitiam, aut maritus vxoris infidias metuat.

## DECISIO XLV.

*Ex consil. 36. alias 18.*

**P**rofessio in alio quo ordine Mendicantium intra nouitatum annum, sicut etiam ante Concilium Trid. nullatenet, c. non solum. & c. constitutionem, de reg. in 6 & c. 1. s. pen. de relig. dom. in 6 ad religionem tamen in genere, id est, ad faciendum se religio sum in aliqua religione approbata, si receptores inuenientur, obligabat. Gl. & Archid. in d. c. non solum Ang. ver. religiosus. §. 14. & Sylver. vel g. 3. quæst 5. Sic autem religiosus factus in genere, quamvis matrimonio postea contrahendo peccet, matrimonium tamen valet; sed mortua vxore, religionem aliquam intrare tenetur.

## DECISIO XLVI.

40.

12.

*Ex consil. 41. alias 41.*

42.

33.

**P**er habitus delationem nō sit professio tacita, nisi tria concurrent; quorum unum est, quod sit indistinctus ab habitu professorum c. 1. §. qui vero, de regul. in 6. Secundum est, quod deserat eum in monasterio, & congregatione, c. e. eos, de reg. & Holt. in c. v. clerici, de reg. Frac. in §. fin. c. 1. de reg. in 6. (Et habitum religionis etiam extra monasterium deferens de lectione, obediencia, vel mandato superioris, censetur illum intra monasterium deserere. ex Pan. in c. ex rescr. de iure iur.) Tertium est, illum intra monasterium per annum continuum deserat, adeo ut quamvis deferat quatuor menses continuos, si postea exire, & iterum reuerteretur, & octo, vel plures menses deferat, & vicissim exiret ante annum continuum compleatum, non ceteretur professor, c. 1. de reg. in 6. Arch. d. & Franc. Vnde milites Hierosolymitani, & alij c. u. serui qui uiriam matam militiam exercerunt, intra monasterium religionis habitum legitime suscipiunt, postea ex licentia, & mandato superioris bellando, vel negotia religionis, aut monastice ipsorum faciendo, annum probationis extra monasterium finiunt: cum regularis, vbiunque sub obediencia manet, in monasterio manere censetur. Pan. vbi sup. nu. 5. & Sylver. religio 3. q. 19. Nec minus religionis austeritates extra manendo, quam intra experunt, cum sapientius gravius sit extra monasterium, quam intra degere. Quamvis iure alio quo necessarium non est, ut nouitius probet, & experietur omnes austeritates monasterij in individuo, vel in specie, sed latius est quod eas in genere experietur per annum totum annuus regendo sub obediencia prælati, adeo ut qui statim post ingressum, & habitum suscepit & grotare inciperet, & eger per quatuor, sex, vel decem mensem

ses intra monasterium sub obediencia maneret, recte in fine anni profiteri posset.

## DECISIO XLVII.

*Ex consil. 42. alias 32.*

45.

33.

**A**nus nouitatus ita necessario deberet esse continuus, ut si aliqua parte anni, etiam per singulos dies forsitan maneat, annus probationis interrupitur, nec coniunguntur partes illæ interruptæ, sed incipere debet ex integræ a principio partis posterioris. Pan. in c. ad apóstolicam, de reg. & Franc. in c. 1. de reg. in 6. Nouitatum tamen non interrupit statuta in monasterio aliquo tempore, etiam animo non profitendi.

## DECISIO XLVIII.

*Ex consil. 47. alias 15. de statu monach.*

**A**bbas, aut alius prælatus regularis legi sibi ponere non potest, a qua recedere nequeat, aut monacho concede: et ut pecunias apud se retineat, & expendat pro arbitrio suo, ita ut superior id ei prohibere non possit, neque eas illi auferre, vel aliquam partem eorum ad eas impendendas in alios usus, quam ipse vellere, c. cum ad monasterium. S. alii, & S. si. de statu monac. cū hoc esset monachum suum propriatum facere sed solus Papa prefatam licentiam concedere potest, ita quod illas in usus pios & honestos sine via alia suorum prælatorum lcentia impendere possit, & quod illi ea cum pium usum impedit non possint c. nisi esset viri, de præben. & Pan. ibi.

## DECISIO LXIX.

*Ex consil. 2. alias 9. de censib.*

**G**eneralis ordinis Minorum de obediencia, virtute confirmationis priuilegio eidem ordinis a Greg. XIII. quatenus non sunt Concilio Tridentino contraria, quibus id ex. resolutio dem conceditur, non obstante iure communium bullæ Pij V. de hac iure quæ incipit de cor. edita 1769. moniales sibi subditas, de uno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ foundationis, sine aliqua episcopi approbatione transire, & mutare potest. Quamvis enim iure communium, cap. 1. de statu reg. in 6. statutum sit, ut monachæ monasterium egredi possint in gravis infirmitatis periculo, ita ut non possint cum alijs sine scandalo commorari, & lex vincleralis vinclerat alterius intelligenda sit; t. de prelio. si. de publ. in rem act. fallit tamen quando intentum alia lex, quæ illam limitat: vnde cum in Conc. Trid. scilicet 25. c. 9. de reg. & in Bulla Pij V. alij casus excipiuntur, & casus aliquis a regulâ generali ob aequitatem exceptus, eadem suadente ad alios ex edictu iusti poterit super Moniales ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ foundationis mutare cum tam Bulla quam Concilium Tridentinum, & ius commune, solum ex iunctum Monialium sine iusta & legitima causa prohibetur, nihilq; obstant, aut reservatio Pij V. cum ille successio si sui innovans postea ordinis privilegia, auctoritatem totere nequeat; quia pars in parem non habet imperium, c. innovavit, de electio, aut Concil. Trident. decretum, quod episcopi faltem approbationem in huiusmodi traslati ne requirit. Quia solum de Monialibus eidem episcopo subiectis, vel de ita exemplis, quod soli Papæ immediate subiunt. Non autem de alijs exemplis, quæ alijs aliorum ordinum prælati subiunt, intelliguntur.

## DECISIO L.

*Ex consil. 49. alias 61.*

**Q**uodcunque beneficium ex Papæ privilegio licito conuenire potest, ut alij Gl. in cap. sum. 16. q. 7 & in c. impenit. d. 16. quia tam idoneos tantum presentare tenetur, alioquin non valer presentatio, c. monasterium. 16. q. 7 & c. cum vos de offic. ord. vnius ordinis regularem aut Abbatem, ad alterius ordinis regularem, aut Abbatem, ad alterius ordinis beneficium, aut Abbatam, presentare non valer, eo quod vnius ordinis religiosus ad beneficia alterius inhabilis est, c. cum singula. S. si. de præben. in 6.